


05

A

1180





Q. R. B. V.
COLLEGI FEUDALIS
EXERCITATIONEM
DE

Amiffione Feudi

&
Amiffi Devolutione,

Cum
Annexâ Quæftionum JPubl. Trigâ,
Autoritate Magnifici Jctorum in Illuftri hac
Leucoreâ Ordinis,

PRÆSIDE VIRO
Nobili, Ampliffimo, Excellentiffimoque

DN. GOTTFRIDO SUEVO, JCTO
& Antecessore Famigeratiffimo, Curia Electoralis,
Scabinatus, Facultatis Juridicæ, Confiftorii Ecclefiaftici, ut & Ju-
dicii Provinc. Inferioris Lufatiæ Affeffore graviffimo,
meritiffimo

Dn. Præceptore ac Promotore fuo perpetim
fufpiciendo

publicæ placidæq; difcuffioni fubjicit

CHRISTIANUS ADOLPHUS BALDUINUS,

Nob. Cæf. P.

In Auditorio Jctorum.

Ad d. Jun. hor. pomerid.

WITTEBERGÆ
LITERIS IOHANNIS HAKEN,
Anno Chrifti clc lvc LVIII.



05 A 1180

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE
EXERCITATIONUM FEUDALIUM
UNDECIMA,

De

AMISSIONE FEUDI

ET

AMISSI DEVOLUTIONE

PRÆSIDE

GOTTFRIDO SIEVO.D.&P.P.

Respondente

CHRISTIANO ADOLPHO BALDUINO, Nob. Cæs. P.

ASSERTIO I.

EXpositum fuit hætenus, quinam sint modi feudum, tum constituendi, tum acquirendi, quiq; feudum constitutum & acquisitum sequantur effectus. Nunc ut de modis amittendi agatur; ordinis ipsius ratio postulat. Amittendi & finiendi feudi modos à se invicem distinguit. *Vult. l. 1. de Feud. c. 11. n. 3. Gædd. disp. feud. 9. th. 1.* quasi tunc finiatur feudum, si omnino extinguatur, & feudum esse desinat: tunc vero amittatur, si feudum per se maneat, possidenti tamen adimatur. Verum cum nec in jure feudali distinctè tradantur hi modi finiendi & amittendi, & in jure Civili ususfructus finiri dicatur, non utendo vel malè utendo. *tt. ff. quibus modis ususfructus amittatur.* quo modo, ex mente *Vultej.* amitti feudum, salva manente re fructuarià dicendum erat: Ideo generalius illud vocabulum *amittendi* retinere placet. Cumq; de re constet, curiosa hac distinctione opus non est, ait. *Gothofr. Ant. disp. feud. 11. th. 1. lit. e.* Conferatur. Dn. D. Jeremias Reusnerus Ordinarius, Collegæ Compater & Adfinis pl. honorandus in methodo Juris feudalis. *disp. 8. th. 6. & 7. ubi Vult. & Gædd.* tum Juri, tum sibiipsis contrariari, rectè deducit.

Ee

Amit-

in Audi-
torio JC-
torum ad
d. Jun.

Quib.
mod. citra
culpam,
facto suo
feudum a-
mittat Vas-
sallus.

Amittitur autem feudum tum à Domini, tum à Vasalli parte. A parte Domini quomodo amittatur, prolixius recensere nihil attinet. Sufficiat remisisse ad generalem illam regulam, quam tradit Feudista *in c. un. 2. F. 47.* de quâ tamen *vid. in fr. thes. 3. in fin.* A parte Vasalli, quomodo amittatur feudum prolixius exsequemur: secuti illas per manus quasi traditas, Interpretum distinctiones: amitti nimirum feudum, vel ex culpa Vasalli interveniente, vel minus. Ex culpa, si quid vel commiserit, aut directe aut per consequentiam in dominum, vel in extraneum. Vel si quid omiserit, de quibus ordin. Citra culpam, facto tamen suo feudum amittit Vasallus. 1. Si religionem ingressus fuerit, sive habitum aut Votum religionis assumpserit. *c. un. 2. F. 26. §. qui Clericus.* Nam nec in feudo succedit, & si quod habet, perdit, Imo licet postmodum, re scilicet non amplius integra habitum abjecerit, vel postposuerit, Feudum tamen recuperare non poterit. *c. un. 2. F. 30. Confer Hartman Pistor. l. 2. q. 33.* Cum desinat esse miles Christi nec beneficium ad eum pertinere debeat, qui non debet gerere officium, censente Feudista *in c. un. 2. F. 21.* si tamen Dominus vel per substitutum in feudo novo expedire servitia contulerit: vel ipsum officium, quod pro feudo præstandum est, Clericorum ordini non repugnet, Puta si in precibus, concionibus habendis, aut Eleemosynis dandis consistat: quin feudum retinere possit Clericus, dubium non est. *vide Rosenthal c. 7. Concl. 30. 2.* Si libertatem præscripserit, ita scilicet, ut (qui termini habiles necessario præsupponendi sunt) primum negaverit, se Vasallum esse, aut se rem tanquam feudum possidere; & ab eo tempore per 30. annos in possessione libertatis non interrupta fuerit constitutus. Confer quæ dicta sunt supra. *Exerc. 8. assert. 9. 3.* Si refutaverit feudum, & quidem in manus Domini. *c. un. 2. F. 14. c. un. 2. F. 38.* Nam si descendantibus aut agnatis refutaverit, ijs, absq; hærede legitimo decedentibus; succedit, qui refutaverat, adeoq; feudum interdum recuperat. *vid. Rosenthal c. 9. Concl. 50. & seqq Lindemann. Exerc. feud. 3. c. 10. n. 3.*

Subinfeudationem quoq; & divisionem alij inter modos
amittit.

amittendi feudum referunt, quasi illa amissio feudi procedat non ex culpa quidem Vasalli, ex facto tamen ejus. Verum quia Vasallus subinvestiens non desinit esse Vasallus, sed dominiō utili civiliter retento dominum suum respicit, eidemq; ad Servitia præstanda obligatus permanet: per divisionem quoq; non omnino liberatur nexu. Vasallagij; Ideo placet hocce modos, non in hac classe recensere, sed potius ad Jura Vasalli in feudo referre, supra *Exerc. 9. §. 6.*

II. Absq; facto Vasalli interveniente citra culpam ejus amittitur feudum, si quid circa rem ipsam feudalem: vel ejus aut factæ concessionis qualitatem. Vel ex persona Vasalli, vel ex persona & facto Domini acciderit. Circa rem ipsam i. si interierit & quidem totaliter, Chasmate fortè, terra motu, inundatione &c. tunc enim: corpore sublato, feudum tanquã jus in corpore tolli necesse est. *pr. Instit. de usufruct. partis autem interitu; beneficium s. feudum in parte residuã est, pro cuius qualitate servitia moderanda & remittenda sunt. Vide Niell. d. sp. feud. 8. §. 1. lit. a. 2.* Si feudum ab hoste occupatum fuerit: quod si desertum ab eo, vel alio modo liberatum fuerit, jure postliminij cedit tam domino, quoad directum dominiũ, quam Vasallo, quoad utile, idq; indistincte, sive in continenti redierit, sive ex intervallo longiore, ob textus in l. si ager, 26. ff. quibus modis usufructus amitt. & l. 20. §. 1. ff. de captiv. & postlim. revers. l. 12. C. eodem in quibus generaliter dicitur, res ab hoste captas & recuperatas non fisco cedere, sed Veteri Domino. 3. Si feudum à vero domino superveniente fuerit evictum, latã in Vasallum sententia c. un. 2. F. 8. pr. quo casu, si ignorans rei alienæ investituram acceperit; ager adversus dominum, ut aliud ejusdem bonitatis vel quantitatis ei præstetur. d. c. 8. Ex qualitate feudi, vel investituræ fit ut amittatur feudum: si temporarium sit, aut sua natura annuum, aut ad certum tempus concessum. Qualia sunt, Feudum *guardie* quod pro custodia Castri vel territorij; *gastaldie* quod pro gubernanda domo & reb; dominicis; *Advocatie*, quod pro tutela & protectione; *Cancellariatus*, quod pro studio, & consilio datur. Hæc regulariter

Ee 2

anno,

Quib.
mod. citra
culpam &
factum su-
um amit-
tat vel ob
rem ipsam
feudalem,
vel ob qua-
litatem e-
jus.

Quibus
modis

anno, aut si certum tempus expressum fuerit, eo elapso finiuntur: in tantum, ut nec precium, quod pro eo dedit Vasallus, restitui necesse sit. *c. un. 1. F. 2. pr.*, quod tamen non aliter intelligendum est, quam si Dominus, tempore elapso revocaverit. *arg. c. un. 1. F. 11.* quâ revocatione non interveniente feudum istud demum morte ejus finiri verius est. *arg. l. 4. ff. locat. vid. Niell. d. f. 8. 0. 1. lit. a.* Similis natura & qualitas est feudi *Soldata*: quod in præstatione quadam annua gratuita, plerumq; in solidorum datione, unde soldata dicitur, & specialiori nomine feudum *Camera* vel de *Camera*, aut in præstatione vini & annonæ consistit, quod specialius feudum *Cavenæ* vel de *Cavena* appellatur. *c. un. 2. F. 10. in fine* Hæc feuda neutra ex parte transeunt in heredem, sed morte vel dantis vel accipientis interveniente finiuntur. *d. c. 10. in fin.* Non enim ijs accedimus, qui feuda ista ad primi acquirentis filios & descendentes masculos in infinitum transmitti volunt, ad exemplum reliquorum feudorum propriorum. Neq; feuda hæc propriam naturam feudi habere concedimus, uti quidam contendunt. *ex. c. un. 2. F. 2. §. si vero Vasallus*, in quo feudum *Camera* & *Cavenæ* rectum feudum dicitur: Nam id vocabulum non propriam naturam feudo illi tribuit, sed saltem qualitatem justæ constitutionis & possessionis includit: ita ut feudum rectum dicatur, quod justo & legitimo modo constitutum est, non, quod proprium est, aut feudi proprii naturam habet. *Gothof. ad d. §. si vero Vasallus. lit. g. adde Hotom. in lexico feudali verbo, rectum feudum.*

Habitationis quoq; feudum huc referendum est, cum jus habitandi in villa vel castro, in feudum conceditur, hujus natura est, ut morte accipientis finiatur; nisi aliud specialiter cautum fuerit. *c. un. 2. F. 105.* Unde prioris generis feuda temporaria, personalissima posterius hoc personale dixerunt Interpretes, cum illa morte alterutrius finiantur: hoc accipientis morte tantum. *vid. Rosenthal. c. 2. Concl. 67.*

Quando
ex personâ

III. Ex persona Vasalli fit, ut amittatur feudum morte ejusdem *tum naturali*, si absq; heredibus & quidem legitimis &

& feudi capacibus decesserit, tum Civili. id est si maximam & mediam Capitis diminutionem passus in servitutem inciderit. *c. un. 2. F. 3. vers. personam.* vel Jura civitatis Romanæ amiserit, idq; exemplo usufructus quem duplici ista capitis deminutione finiri constat *ex §. pen. Inst. de usu fruct. l. penult. C. eodem tit.* Cum feudorum origo non ad naturale, sed Civile jus referatur: juris autem hujus capaces non sint, nisi Cives Romani. *Vult. 1. de Feud. c. 11. n. 82.* (2) vitio corporis, naturali, nimirum si mutus, surdus, cæcus, aliove modo imperfectus natus, & feudi possessionem aliquo casu nactus fuerit, quod omnino in hac materia amissionis feudi præsupponendum est, aliàs enim natura imperfectus nec ab initio in feudo succedit. *c. un. 2. F. 36.* accidentale autem si fuerit vitium corporis, Vasallo, postquam jam tenuit feudum superveniens: inhumanum esset, eum feudo privari. Quanquam enim is quoq; qui ex accidente, mutus surdus aut ob aliud vitium inhabilis factus est, eo tempore, quo de successione agitur, in feudo non succedat, Uti de jure ex generalitate textuum, & rationis identitate, supra asseruimus: *Exerc. 6. assert. 9. cum Finckelthaus. disp. feud. 6. §. 20.* alia tamen quaestio est, si, qui tempore successionis habilis erat, postmodum ex accidente fiat inhabilis, quem non removemus, aut detruimus à feudo, si per substitutum Servitia præstare velit. *Finckelthaus. d. §. 20. lit. a. in fine* ne irritum fiat superveniente casu, quod ab initio, legitimè constitutum erat. *Confer. text Landrecht lib. 1. art. 4. Hartman. Pist. lib. 2. q. 32. per 101. Dan. Moll. 3. Jemest. c. 34. Zabel. Exerc. feudal 8. §. 3. lit. b. in fine.*

Ex persona & facto domini feudum amittitur: morte ejus, itidem tum naturali; tum Civili. *Vult. 1. de Feudis c. 11. n. 7. & seqq. Zabel. Exerc. feud. 8. th. 3. lit. c.* si nullum necessitudine sibi conjunctum reliquerit. An autem hoc casu feudum Vasallo cedat, ita scilicet ut proprietates cum usufructu consolidetur exclusis agnatis Vasalli ulterioribus: an v. ad fiscum devolvatur, ut is hanc successionem fiat Dominus feudalis. Exemplo bonorum vacantium. *l. 4. C. de bonis vacant.* dubium est: posterius placet *Niello. d. 8. th. 1. Circa fin.* Ideo, quia jure feudali de eo nihil de-

Vasalli &
Domini a-
mittatur
feudum?

finitum : adeoq; ad Juris civilis regulas recurrendum sit, præ-
 terea iniquum videatur, agnatis Vasalli, sine facto suo, jus qua-
 situm auferri. Non dimovebimur tamen à priori opinione,
 sed Vasallo feudum ita vacans adjudicabimus. Quamvis n.
 in Jure feudali expressa decisio non reperiatur : ratio tamen,
 quæ desumitur à paritate juris inter dominum & vasallum, ad
 ejusmodi decisionem nos deducit ; ut, sicuti Vasallo absque
 hæredibus feudalibus mortuo, domino applicatur utile do-
 minium, ita domino mortuo absq; hæredibus sanguine jun-
 ctis, Vasallo applicetur directum. Regulam illam, de paritate
 Juris, ad feloniam tantum restringendam esse contendit qui-
 dem *Niell. d. l. arg. c. un. 2. F. 26. §. Domino, & c. un. 2. F. 47.* qui tex-
 tus tantum feloniam faciunt mentionem. Verum generalius ali-
 bi traditur, quod Dominus fideli suo vicem reddere debeat.
c. un. 2. F. 6. in fine, vel ut Feudistæ efferunt, quod Dominus & Va-
 fallus ad paria judicentur : æquitatis etiam non obscura ratio
 subest pro Vasallo militans, ut is, dum per tantum tempus fi-
 delis extitit & servitia præstitit sumptu saepe suo. Confer, quæ
 suprâ diximus *Exerc. præcedenti Ass. 9.* Cum periculo vitæ,
 impendio bonorum & salutis : hanc habeat fidei operæq; suæ
 compensationem : directi nimirum Domini cum utili conso-
 lidationem : Agnatis ulterioribus eo ipso injuriam fieri, quod
 urget *Niell.* attendendum haud est : Nam & aliis modis puta
 interitu totali ; occupatione hostili perpetua aliisque modis
 fit interdum ut feudo careant, & sic jus quasitum ipsis aufera-
 tur. Habendum est id in persona Vasalli possessoris, pro ac-
 cessione fortunæ, quæ ei potius debetur ; qui serviit, quam a-
 gnatis quibus id oneris non incubuit. Quod autem bona ista,
 quæ feudalia fuerant, posthac gentilia, vel familiæ bona fieri
 debeant, ita ut extra familiam alienari non possint, sed ad a-
 gnatos, successive transmittantur, ut *Vult. Zabel. Exerc. feud.*
8. th. 3. lit. c. æquitatis quidem speciem in favorem agnatorum
 præ se fert. Sed paritas illa Juris, quam itidem urget. *Zabel. d.*
loc. non admittit, & cum effectu id operatur, ut & utile Domi-
 nium directo, & directum utili consolidatum intelligatur in-
 vim

vim & qualitatem rei merè allodialis. Confer, Rosenth. c. 11. Concl.
20.

Præter mortem Domini, & ex alio ejus facto feudum amittitur. Puta si præscripserit utile dominium & per 30. annos Jure allodii, in vim pleni Domini possederit, de quo, sicut & quatenus illa præscriptio agnatis noceat vide supra Exerc. 8. §. 9. Si remiserit fuis suum dominus, ut Vasallus rem deinceps non ut feudum, sed ut allodium habeat: quod utiq; potest, etiam invito Vasallo, qui vicissim invito domino refutat feudum. Arum. disp. 7. th. 26. Si rem suam, quam alteri in feudum concesserat, infeudato ademerit iterum, eamque Ecclesie obtulerit, quo casu, in favorem quidem Ecclesie, præter humanitatem tamen & rationem receptum est, ut feudum amittat, nisi per gratiam Ecclesie, tanquam de novo ab ea receperit. c. un. 2. F. 54. Et deniq; si feloniam commiserit: Ex omni enim feloniam, qua vasallus feudo privatur, & dominus proprietate privabitur, dicit Feudista in c. un. 2. F. 37. Cujus regulæ generalitas ad moderamen aliquod attemperandum est. Cum non ubiq; & ex æquo procedat obligatio, sed in pluribus fortius obstringatur Vasallus Domino, quam hic illi; adeoq; dominus non ita facile proprietate quam Vasallus feudo privandus erit. Sed grave delictum requiritur, Vid. Rosenth. c. 11. Concl. 19. n. 5. adde Niell. disp. feud. 8. th. 1. lit. e.

IV. Jam quomodo Culpa sua Vasallus feudo cadat, dispiendum est. Felonia appellatur proprio Feudistis Vocabulo, quod sive à latino fallere, vel fallendo, quasi falloniam dixeris, sive à Germanico fallen/ à Gaducitate fälligkeit. Bernhard. VValth. l. 2. miscell. c. 41. vel, quod vero propius, ab alio Teutonico, vel Longobardico in quorum labris primùm natum esse hoc vocabulum vulgo creditur, fehlen. errare, peccare. deducas vid. Hotom. in Lexic. nihil admodum interest, cum sufficiat feloniam, quæ Longobardis idem est, quod scelus. Latinis, hujusmodi facinus, vel admissum esse, ob quod Vasallus feudo, vel dominus proprietate feudi privari possit. Utriq; n. appellatio hæc communis est. c. un. 2. F. 26. §. domino. c. un. 2. F. 47. Spectatur culpa vel feloniam distincte, vel in committendo; si non

Quando
amittatur
committendo
in
ipsum Do-
minum.

non facienda fecerit, vel in omittendo si facienda non fecerit. Committit Vasallus in Dominū, idq; tum directo, tum per indirectum, in personas charitati vel Juri ejus suppositas, vel in extraneum. In ipsum dominum committendo peccat si in vitam ejus, in corpus, in famam, in res & bona vel in personam & bona simul deliquerit. *In vitam*, si occiderit dominum, vel morti ejus (ita loquitur Feudista) veneno vel gladio vel aliter insidiatus fuerit. *c.un.2.F.24. §.2. vers. porro. c.un.2.F.21. §.si voluerit*, adeo ut non necesse sit eventum cogitatis respondisse. Si tamen Vasallus à domino iniquissime offensus fuerit, eumque imminente sibi inde vitæ periculo, adhibito inculpatae tutelæ moderamine interfecerit, feudo non privabitur, nec aliam pœnam incurret. Jure enim fecisse existimatur, quod quisque ob tutelam corporis sui fecit *l.3. ff. de Inst. & jure. Ord. Crim. Carol.V. art.140.* quod ad defensionem rerum, tanquam alterius sanguinis extendunt pleriq; *vide Rosenthal. c.10. Concl. 20. n. 24. & seqq.* nos non item: nisi cum periculo vitæ conjuncta sit, illa pro rebus suscepta defensio: damnum enim in rebus & bonis illatum refarciri, Magistratus autoritate potest; quod secus est, impendente simul vitæ periculo. *Berlich. p.4. Concl. 12. n.20* Similiter excusationem meretur Vasallus, si dominum in adulterio uxoris suæ deprehensum occiderit: Cum & difficillimum sit justum dolorem temperare. *l.38. §.8. ff. ad L. Jul. de adulter.* imo vasallus ad privationem directi domini adversus violatorem fidei, dominum, hoc casu agere possit. *vid. Rosenthal. d. Concl. 20. n.41.* quanquam Jure Civili, liberto idem haud licere videatur. *d. l.38. §.8. In corpus Domini* ad effectum privationis delinquit, si vulneraverit, pulsaverit, verberaverit, vel ut Feudista loquitur, impias manus in personam domini ubicunq; ingesserit *d.c.un.2.F.24. vers. porro. In famam ejus* graves & inhonestas injurias inferendo *d. vers. porro Landrecht. l. 6. art. 14. ibiq; glosa Germ.* cum & ad revocandam donationem utraque illa injuria sit sufficiens *l. ult. C. de revocand. don. In res ejus* si feudo malè usus fuerit, idq; insigniter deterioraverit, sive ut Feudista ait, beneficium inornate tractaverit, & à Domino admonitus non resipuerit. *c.un.2.F.2. §. quicumq; Advocatiam 7.*
ut

ut & si feudum inficiatus fuerit fraudulenter, sive sciens abnegaverit *c. un. 2. F. 26. §. Vasallus Feudum c. un. 2. F. 34. §. fin.* & quidem totum feudum in se, vel saltem conditionem feudi, puta si feudum, quod novum erat, vetus; quod temporarium, perpetuum dixerit. Nam hoc quoque casu, cum negata conditio totum feudum afficiat: eodem in totum privandus erit: pars autem feudi à toto suo separata esse cum possit, ideo parte feudi negata; eadem duntaxat parte cadet ne, ultra delictum poena procurrat. *Rosenth. c. 10. Concl. 32. n. 7. & seqq. Gothofr. Ant. d. f. 11. §. 3. lit. g.* sicut & parte feudi illicitè id est sine consentu domini alienata; parte illa privabitur. *c. un. 2. F. 38.* non toto feudo, nisi totum alienaverit. *c. un. 1. F. 5. c. un. 2. F. 24. §. fin. c. un. 2. F. 52. & 55.* Cæterum poena illa inficiationis in eo quoque, qui Instrumentum Investituræ abnegavit, sine quo de conditione feudi constare non potuit, locum habet. *vid. Schrader. p. 9. c. 6. n. 23. Arum. d. f. 8. §. 18.* purgari tamen posse contumaciam post inficiationem, æquius est, saltem usque ad litem contestatam. *Arum. d. loco §. 19. denique, in personam famam & res domini simul delinquit.* (1) Si assalierit dominum, vel castrum ejus, aut vicum, sciens dominum vel dominam ibi esse per vim aggressus fuerit. *c. un. 1. F. 5. vers. similiter, c. un. 1. Feud. 17. c. un. 2. F. 24. §. 2. vers. porro.* (2) si delator domini extiterit, unde grave dispēdiū sustinuerit *Domingo d. c. un. 2. F. 24. §. 2. vers. item. si delator* quæ de jatio, non tantum de bonis domini ad fiscum pertinentibus intelligenda est, uti accipitur vocabulum hoc *in tit. C de delatoribus.* Verum etiam de crimine ejusque delatione *ut in l. 15. l. 18. ff. de f. f. si. Arum. d. f. 8. §. 13.* Nam & tunc in personam & res domini delinquit, & feudum amittit. (3) si eum de crimine accusaverit, sive ipse sive per alium, sive juste, sive injuste, ob generalitatem text. *in c. un. §. 1. vers. similiter 2. F. 33. Finckelth. disp. feud. 10. §. 7.* præterquam in causa Majestatis, & quæ ad suam suorumve injuriam vindicandam pertinet. *vid. Vult. 1. de feud. c. 11. n. 2. Gothofr. Anton. d. disp. 11. §. 4.* ibique & alias limitationes. (4) si famosa actione aut Interdicto unde vi experiri voluerit *vide supra Exerc. 10. Assert. 1.* (5) si testimonium dixerit adversus domi-

Ff

num

num non quidem in causa feudali: in hac enim testimonio se non subducat. *c. un. 1. F. 26. c. un. 2. F. 32. & seqq.* sed in Criminali & Civili. Et quanquam inter causam civilem magnam & modicam distinguere videatur Feudista in *d. c. un. vers. similiter. 2. F. 33.* quasi in causa civili magna testimonium dicere possit Vasallus adversus dominum, in modica non item, idq; ideo, uti Bocerus & alii explicant, quod majoris levitatis indicium prodat Vasallus, si in modica & vilis pretij causa testatus adversus Dominum fuerit, uti supra recensuimus *Exerc. 10. Assert. 1.* Attamen distinctionem hanc usu non receptam, adeoq; nec in Civili modica, nec in magna testimonium Vasalli admitti Ritterhus. refert *l. 2. de feud. c. 11. n. 10.* maxime cum & ratio refragetur distinctioni illi Feudista; licet Vasallo in magna causa testimonium dicere adversus dominum, cum tamen magna causa, in qua forte de substantia domini, & omnibus bonis agitur: criminali ferme æquiparetur. Aliter Cujac. vocabulum *modica* transponit in lineam posteriorem, eo sensu, quod in civili modica causa liceat Vasallo testari adversus dominum, non item in magna quasi in illa, minus præjudicii versetur *vid. Gothofr. ad d. vers. similiter lit. k* nec illum casum excipimus nisi a Judice etiam sub cominatione poenæ coactus testimonium dixerit *vid. Finckelth. d. disp. 10. §. 8.* (6) si secreta domini, non ex simplicitate, vel inadvertentiâ, sed dolose in damnum domini revelaverit (quod Feudista dicit, credentiam ejus manifestare, *in c. un. 1. F. 17.*) Contra juramentum præstitum, *in c. un. 2. F. 5. 6. 7.* quo & resignatio literarum domini pertinet, in damnum ipsius facta: etiamsi Intentioni dolosæ eventus non responderit. Dolum autem: cujus præsumptio contra revelantem militat, abfuisse probabit vasallus: & quidem in casu, utrinq; dubio, Juramento suo. (7) si cum inimicis & multo magis cum hostibus domini scienter & in damnum ejus amicitiam contraxerit, sive ut Feudista ait, inimicis Domini suas amicitias copulaverit, *c. un. 2. F. 57.* Dolum hic abfuisse Vasallus probabit: si eo tempore quo jam in aperto fuit, aliquem inimicum vel hostem domini esse, cum ipso peculiariter amicitiam contraxerit.

xerit, maxime si & fœdus & familiaris conversatio accedat: quod si post contractam amicitiam: aliquem inimicum vel hostem domini fieri contigerit: etiam si cum illo amicitiam porro foveat Vasallus, si tamen non convento cum eò agat suspectos, domino probandi onus injungimus, ad sui injuriam amicitiam illam toveri. Paulo aliter. *Vult d. c. n. n. 29. Finckelth. d. disp. 20. §. 9.* qui distingvit inter simplicem amicitiam & inter eam quæ conjuncta est cum suspecta conversatione, ita ut illo casu Dominus dolum adfuisse; hoc vasallus adfuisse probare teneatur. *Conf. Schneidvv. in Epit. Jur. feud. p. 8. n. 43. & seqq.*

V. Et ita quidem directe in dominum committendo peccat Vasallus. In consequentiam per latus personarum, dominum vel affectus vel potestatis, vel cognationis Jure attententium delinquit. 1. si cum uxore ejus concubuerit. *c. un. 1. F. 5. c. un. 1. F. 17.* quod Feudista Cucurbitare dominum appellat, *in c. un. 1. F. 5. vers. item si fidelis & c. un. 2. F. 57.* vocabulo Longobardicam originem referente: quibus Curbita, Stuprum & infamiam, Cucurbita vero virum adulterio uxoris infamem notat. *Hotom in lexic. Conf. Alciat lib. 7. parerg. c. 5. & Ritterhus part. feud. 2. F. 5. §. 92. Zabel. Exerc. feud. 8. §. 6. lit. a. Lindem. Exerc. feud. 3. c. 10. n. 30. concumbitare legit Ritterhus, alij. corrumpere.* Idq; ampliatur tum ratione ipsius delicti, tum ratione personæ, in quam admissum est stuprum: ratione ipsius delicti: pœna ad eum quoque extenditur qui concumbere cum uxore domini se exercuerit. ut loquitur Feudista. *in d. c. un. 1. F. 5.* aut eum ea turpiter luserit (quod ad impudicam atrectionem refert *gl. in d. c. 5.* non item ad turpe colloquium) aut eam literis amatorijs muneribus, alijsque illecebris sollicitaverit & attentaverit. *Vult 1. de feud. c. n. n. 31.* quo etiam pertinet osculum promore Regionis illicitum, inhonestum, luxuriosum, venerisq; præparatorium non tale quod in Belgio & alibi loco salutationis usurpatur. *vid. Rosenthal. c. 10. Concl. 28. n. 1. & seqq. Zabel d. Exerc. 8. §. 6. lit b. Lindem. d. loc. n. 32.* Idemq; in Clerico osculante locum habere tradit. *Rosenth. d. loc. n. 8.* Diu enim est quod credi desit, Clericos dum mulierem osculantur, non

Quando
per conse-
quentiam
Dominum
offendēdo
amittat?

libidinis, sed benedictionis imprimendæ causa osculatos præsumi, quam fidem glossa eis quondam habuit, *in can. absit. 11. q. 3. verb. sinistrum.* Secus ac Hironymus ad Nepotianum de vita Clericorum; à conversatione fœminarum, ob summum periculum, graviter eosdem dehortans. *in c. Hospitiolum dist. 32. Finckelth. d. feud. 10. th. 10. b.* Ratione personæ, in quam delictum hoc commissum est, ampliatur assertio, ut & in eo locum habeat, qui cum uxore domini illegitimâ sive injustâ, id est eâ quæ contra prohibitionem Juris Civilis tantum ducta est: *arg. l. si uxor 13. §. 1. ff. ad L. Jul de adult.* nec non in eo, qui cum sponsa domini rem habuit, licet enim verè uxor non sit. *l. 12. ff. de ritu nupt. §. 9. Inst. de Nupt.* talis tamen intelligitur: nec matrimonium, nec spem matrimonij violare permittitur *d. l. 13. §. 2. Finckelth. d. f. 10. th. 11.* De Concubina, quæ affectione maritali habetur, secundum antiquos Juris gentium & civilis mores: quibus consuetudo hæc concubinaria, non improbatur. idem dixerim *cum Vult. d. c. 11. n. 31. & aliis,* posteaquam autem Novissimis Juribus improbata penitè ista conjunctio est: verius est Vasallum, qui cum concubina domini rem habuit, feudo non privari: perinde ac famulam vel pedissequam absq; periculo Caducitatis à Vasallo stuprari, communiter tenuerunt interpretes *in d. c. un. 1. F. 5. vers. item si fidelis. Confer. Martin. Laud. ad d. vers. & Rosenth. d. c. 10. Concl. 27. n. 14. & seqq. Niell. d. f. 8. th. 5. lit. b.* Eadem limitatio in uxore domini: Jure divino & naturali prohibita; quæ ne quidem decus hoc nominis sustinet. *Vult. d. c. 11. n. 31.* De vidua domini mirum quantum disceptent interpretes, communiter ferè existimantes feudum amitti, si cum ea rem habuerit Vasallus. *Rosenth. d. c. 10. Concl. 27. n. 6. & seqq.* cum & ingratitude hæc in defunctum maxima sit: cujus nomen & honorem, vidua quamdiu innupta est, retinet *Arum. disp. 8. th. 5.* Nos à privationis pœna Vasallum absolvimus, ex mente & verbis Feudistæ *in c. un. 1. F. 21. in fin. ibi si concubuerit cum uxore domini sui domino vivente:* quæ verba certè otiosa esse non debent, iisdemq; Feudista casum magis dubitabilem de vidua nimirum Domini decidere voluit. Neq; etiam illa, quæ de in-

grati-

gratitudine & pristini status ac honoris retinentia & duratione dicta sunt: mox ad hanc privationis pœnam applicanda veniunt, cum interim negari non possit; morte mariti solutum esse matrimonium & expirasse nomen uxoris, quo solo nomine marito proprie injuria inferri censetur. Ita post plures alios: *Vult. d. c. 10. n. 31. Gothofr. Anton. disp. feud. 11. 0. 5. lit. b. Finckelth. d. disp. 10. q. 12. quos sequitur. Dn. Ordinarius Collega Adfinis, & Compater D. Reusnerus d. f. 9. 0. 35.* Non abnuimus tamen moderamen assertioni addere, & obnoxium pœnæ privationis; involvere Vasallum, si viduam Domini intra tempus luctus de quo in *l. 2. & pass. C. de secund. nupt.* corruperit, cui limitationi locum facit, tum crimen grandius ob turbationem fortè sanguinis dominici: tum de adulterio in vita domini commissio non levis concitata suspicio. Vid. post alios allegati auctores. *dd. loc. præterea 2. in consequentiam offendit Dominum Vasallus: si filiam ejus aut neptem ex filio, aut nurum domini five eam quæ nupta est filio, aut sororem ejus, quæ in domo Domini manet, vitiaverit.* Has enim personas recenset Feudista in *c. un. 1. f. 5. vers. item si fidelis.* In qua recensione id notandum venit: de nepte ex filio loqui Feudistam, non de nepte ex filia. Neptis enim ex filio est in familia, interdum etiam in potestate avi paterni: quod de nepte ex filia æque prædicari non potest: quæ non domini five avi materni, sed patris sui familiam & nomen retinet. Cum itaq; major injuria inferatur domino, ejusq; familiæ per stuprum nepti ex filio illatum: mirum non est, in eo pœnam privationis obtinere: uti contra Cujac. qui textui manum adhibet recte asserit. *Vult. d. c. 11. n. 31. Arum. Exerc. f. 8. 0. 8. vid. Gothofr. ad d. c. 5. lit. q.* Prædictis personis accensetur soror Domini, & quidem cum hac restrictione (quæ in prioribus rectè omissa est) si ea in domo ipsius maneat. quod malè quidam, ad ipsum factum habitationis referunt, & conjunctim, ut & innupta sit soror Domini & ædes ejus inhabitet, requirunt: sed rectius sentiunt illi; qui verba illa, in domo manere, ad Jus referunt: Domum pro familia accipiendo; ita, ut soror quæ in domo Domini manet, in-

telligatur ea, quæ adhuc innupta est, quam in capillo esse, dicit Feudista in *c. un. 2. F. 24. vers. rursus.* ibidemq; phrasin illam, *manere in domo* ex ponit per alteram; *in capillo esse.* adeoq; statuunt quod feudum amittatur ob stuprum in sororem domini innuptam, commissum, licet ædes ejus non inhabitaverit. Unde si in sororem domini nuptam alteri, Vasallus tale quid admiserit: pœna privationis ex mente Feudistæ cessabit, licet illa ædes fratris inhabitaverit, *Vult. d. c. 1. n. 31.* De matre domini quanquam expressû nihil sit, non dubitamus tamen, Vasallo eam stupranti, privationis pœnam dictare, ob reverentiã matri Domini æquè ac cõjugi ejus debitã *arg. Novell. 105. c. 2.* Idq; si ve patri domini si ve alteri nupta fuerit si ve min9, *Rosenthal. cap. 10. Cõcl. 27. n. 25.* Idem ad personas alias, necessitudine dominû attingentes extendimus, privari Vasallum feudo si gravi & inhonesta injuria eas affecerit, contra Juramentum *c. un. 2. F. 7.* ibi ad tuam tuorumve injuriam *arg. §. 2. Instit. de Injur.* Cæterum pœna ob stuprum etiam tunc obtinet; si volentibus illis personis; suprà nominatis aut aliàs inhonestè viventibus illatum fuerit, & quidem scienter, Nam si ignoraverit Vasallus, eas ita conjunctas esse domino, aut eodẽ scientè & patiente sic deliquerit, condonari culpam æquum est. *Vult. d. loc. n. 31. in fin.*

Quando
ob delictû,
in alios
commissû
amittat.

VI. Ob delictum in alios admissum privabitur Feudo Vasallus si fratrem suum interfecerit. *c. un. 2. F. 24. §. fin.* vel nepotem id est filium fratris *c. un. 1. F. 5. vers. item si fratrem.* vel aliud grave crimen quod parricidij appellatione continetur commiserit. *d. c. 24. §. fin. Finckelthaus. disp. feud. 10 §. 13. lit b.* Idque indistinctè, si ve id fecerit eo animo, ut totum feudum vel hæreditatem acquirat si ve ob aliam causam, tum quia generaliter in dd. textibus pœna privationis irrogatur, ob parricidium vel fratricidium, quale utiq; & illud est, quod non animo succedendi committitur, tum quia verba illa in *c. un. 2. F. 37 ad hoc ut totam hereditatem habeat*, non restringunt decisionem, quasi tunc demum pœna sequatur: si Vasallus spe potiundi feudi occiderit; sed exempli solum loco addita sunt: cum
ani-

animus iste turpis plerumq; adit. *Rosenth. d. c. 10. Conclus 36. u. 78.* Idem ad conatum quoq; ob atrocitatem hujus criminis communiter extendunt Dd. *in d. c. 24. §. fin.* Amittit autē Vasallus parricidio tali non solum partem illam, quam E. gr. post mortem fratris habiturus erat (uti velle videtur *gl. lat. ad text. Lehne. lib. 3. art. 48.* ob verba alle seine anwartsung hat er daran verlohren) sed totum feudum. *vid. Schultz in Syn. Jur. Feud. c. 11. n. 37.*

Quod si homicidiū in alias personas admiserit Vasallus, etiam in fratrem Domini, nam nec hoc parricidium est feudo non cadit. *c. un. 2. F. 37. pr. Vult. d. c. 11. n. 34.* ut nec si seipsum occiderit aut stuprum adulteriumve, præterquam in personas superioris exceptas commiserit, quanquam enim graviter delinquat Vasallus, qui hisce se implicavit criminibus, attamen cum tali modo extra feudum, extra personam domini nec directio nec in consequentiam delinquat: nec ex omni turpitudine feudum amittat vasallus licet in curia stare nequeat. *arg. c. un. 2. F. 24. §. sed quia. c. un. 2. F. 37.* cœterū Vasallus fatum suum appropinquans ex proposito non offendat dominum, verius est: pœna feudali privationis nimirum: quæ nullibi imposita reperitur, eum absolvendum & vindictæ publicæ relinquendum esse. *Finkelh. disp. feud. 10. §. 14. §. 45.* Cæterum præter illud parricidij crimen; aliis quoq; modis committendo pœnam caducitatis incurrit Vasallus. Si crimen læsæ Majestatis commiserit. *Schneid. devv. in Epit. feud. p. 8. c. 1. n. 134.* Si pacem publicam violaverit. *Constit. pacis publ. ibi: auch die Lehn / so viel der übersahrer gebraucht / dem Lehnherren versallen sein.* *Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. so jemand. si proditor extiterit, aut ut Feudista effert. hominē tradiderit. c. un. 2. F. 37. pr.* quod non tantum de Convasallo, qui aliās in jure feudali ista appellatione hominis venit nec de Domino tantum, sed de alio quovis tradito vel prodito intelligimus. cum *Rosenthal. d. c. 10. Conclus. 19. n. 14. §. seqq. Arum. d. f. 8. §. 22.* ob famosum maxime detestandum proditionis crimen. Denique si in subditos suos saevierit, eosq; malè habuerit: si quidem & malè utendo, deteriorando, inornatè tractando, feudū auulc.

Quando
omittendo
Vasallus
feudo ca-
dat

amitti, supra diximus *ex.c. un.2. F. 27 §. ult. add. §. 2. Inst. de his qui sui vel al. Jur. Vult. d. c. 11. n. 36. Rosenth. d. c. 10. Concl. 36. & seqq.*

VII. Omissionis culpam (ad hoc enim Capitulum deveniendum nunc nobis est) incurrit Vasallus ob quam feudo privetur: si facienda non fecerit; eoq; vel salutem & commodum Domini vel aliàs officium suum neglexerit. *Salutem & commoda domini*; si periculum ei imminens ab alio qui assaltum, mortem captionem, aut patrimonii grandem jacturam molitur: dolo vel negligentia, vel fraude sua celaverit: nec Dominū cito certioraverit *c. un. 2. F. 24. §. 2. vers. præterea.* ad quod juramento adstrictus tenebatur. *c. un. 2. F. 7.* si cum injustè carceratum, vel inclusum, cum sciverit, & potuerit non liberaverit. *d. c. 24. §. 2. vers. Item si delator.* vid. supra *Exerc. 10. Assert. 2.* si in acie periclitantem dimiserit. *d. c. 24. §. 2. pr.* nondū mortuum, nec ad mortem vulneratum *c. un. 1. F. 5. pr.* cum tamen assistere ei, & quidem absq; præsentissimo vitæ suæ periculo ultrà potuerit *vid. d. Exerc. 10. Assert. 8.* nec ipse vulneratus aut ad defensionem instaurandam jam inutilis factus fuerit. *Rosenthal. d. c. 10. Concl. 16. n. 24* quod si deseruerit periclitantem: licet mox redierit, dominusq; ab alio defensus vel victor extiterit, vel illæsus evaserit; pœnam privationis tamen non evadet Vasallus, qui & defertor fuit: quod solum sufficit ad irrogandam pœnam *d. c. 24. §. 2.* & perfidiæ reum se fecit: neq; aliorum fide, virtute & operâ, aut auxilio divinitus oblato crimen suum tegere & palliare sibiq; impunitatem inde promereri debet. *Confer Rosenthal. d. c. 10. Concl. 16. Arum. disp. feudal. §. 9. 1. & 2. Finckelth. disp. feud. 10. th. 16.* ubi rectè addit Ex animo vasalli & circumstantiis facti multi dijudicanda esse. Præterea officium Vasalli in eo consistit, ut ad citationem domini compareat: renovationem investituræ petat: ut Juramentum, ut servitia ex feudo non franco præstet, aut ejus nomine, canonem vel pensionem conventam solvat. Deniq; Domino justitiam faciat, ubicunq; opus fuerit aut potuerit; Quæ omnia si facere neglexerit. si r. in causa feudali citatus non comparuerit, ad tertiam vocationem *c. un. 2. F. 22. 2.* si renovationem investitu-

ræ

ræ justo & recepto tempore non petierit. *c. un. 1. F. 22. c. un. 2. Pl*
24. Lehnrecht. c. 13. vid. supra Exerc. 7. Assert. 10. nec tamen iuste
impeditus fuerit. c. un. 2. F. 24. §. 2. vers. sed non est alia. 3. si
 tribus vicibus convenienti tempore, interposito fortè septem
 dierum spatio; citatus jurare noluerit. *d. c. 24. §. 1. Si 4. debita*
 servitia requisitus à domino non præstiterit, neq; iusto quodã
 impedimento detentus fuerit. *d. c. 24. §. 2. vers. sed non est alia.*
Confer. quæ diximus supra Exerc. 10. Assert. 7. Aut si 5. annu-
 um Canonem vel censum loco servitiorum Domino solvere
 cessaverit, isq; census principaliter in compensationem Servi-
 tiorũ feudo impositus fuerit, hoc enim in casu; Sicut ob servitia
 denegata, ita ob nõ factã præstationẽ ejus pënsionis, quæ in locũ
 Servitiorũ surrogata est, feudũ amitti rationis est. *fac. c. un. 2. F. 55*
§. 1. quod si secundario saltẽ pënsio de feudo præstãda, feudũq; nõ
 tam propter pensionem, quam propter servitia datum sit; eo
 casu ob non solutam pensionem, feudo non privandus erit
 Vasallus, cum sufficiat eum in principali, sive servitiis præstan-
 dis officio suo non defuisse. *vid. Finckelthaus. disp. f. 10. §. 17.*
 Denique 6. si justitiam facere Domino noluerit. *d. c. 24. §. 2. vers.*
Illud tamen, ita ut vel judicare detrectaverit: vel injuste & do-
 lose contra Dominum pronunciaverit: Exceptiones, satisfac-
 tiones ad relaxandum Arrestum, vel rei vel personæ, aut alia le-
 gitimè à Domino proposita non susceperit. testes ab eo pro-
 ductos non admisèrit, nec examinaverit: vel ad testimonium
 dicendum non compulerit, filium vel è domesticis suis alium,
 qui Dominus offenderat, vel damnum intulerat, non exhibue-
 rit, ei, aut ad competentem satisfactionem ritè adegerit. *arg.*
c. un. 2. F. 55. in fin. Hisce casibus omnibus dum omittendo
 deliquit Vasallus. Feudo privatur. *vide Rosenthal, d. c. 10. Concl.*
24. & seqq. Martin Landens ad d. c. 24. vers. illud tamen.

VIII. Cum autem natura semper deproperet novas e-
 dere rerum formas; multisq; modis contingat, ut aliæ emer-
 gant causæ quibus videatur justè adimi posse feudum. Ideo
 Judicem solertem & discretum & æquitati obsecundare sollici-
 tum, cuncta subtiliter dispensare jubet feudista *in d. c. 24. §. 2.*

*Antè aliis
 ex causis
 amittatur
 feudum,*

Gg

vers

*Et an sen-
sentiâ opo
sit &*

*vers prædictis, & providere, si qua sit antiquioribus causis fini-
lis vel major: ex qua ad beneficij amissionem deveniri possit.*
Unde quæsitum & olim & hodie à Doctoribus est, an Vasallus,
ijsdem ex causis, quibus Jure civili filius exheredari; donatio
revocari, & matrimonium dissolvi potest: Feudo privari debe-
at. Affirmativa Regula communiter placuit veteribus Dd.
vide Laudens ad d. vers. prædictis. Regulæ causam dederunt
verba hæc Feudistæ in d. vers. *prædictis modis beneficium debere
amitti tam naturalis quam Civilis ratio svadet, quæ potest colligi. Si
quis novam constitutionem, justas exhæredationis causas enumeran-
tem.* (quæ est Nov. 115. c. 3.) *& alias constitutiones veteres, justas
ingratitudinis & repudij causas quibus matrimonia contracta solvun-
tur.* (in l. Consensu C. de repud.) *& donationes Jure perfectæ re-
vocantur* (in l. ult. C. de revocand. don.) *subtiliter scrutatus fu-
erit.* Verum quod non satis perceperint mentem Feudistæ;
adeoq; erroneam hanc sequacibus obtruserint regulam, primò
ferè annotavit Franciscus Curtius, & certe, nec ex verbis, nec ex
mente Feudistæ nec ex ratione supputata probè, Regula firma-
ri potest. Id enim saltem in verbis allegatis intendit Feudista,
ut probet causas amittendi feudi ab ipso relatas, congruas esse,
tum naturali tum Civili Juri, utq; probet assertum: exigere &
scrutari subtiliter jubet, causas exhæredationis, repudij; & re-
vocandæ donationis Jure Civili proditas, easque cum superio-
ribus comparare. Nunquam autem in mentem venit Feudi-
stæ, id statuere, ex quibus causis exhæredatio, aut repudium aut
donationis revocatio permittitur, Iisdem ex causis etiam feu-
dum amitti. *Duar. de feud. c. 14. n. 25.* quin & regulam hanc
jure feudali nō procedere. Exèplo non uno probatur: Novimò
homicidium & adulterium dissolvendi matrimonij causas esse.
d. l. consensu 8. C. de repud. Verum nec ob adultetium quod-
vis (præterquam in eas personas commissum, quæ recensentur
in c. un. 1. F. 5. pr. & in c. un. 2. F. 24. §. 2. de quibus supra *Assert.*
5.) nec ob homicidium quodvis (præterquam in personas enu-
meratas in dd. loc. perpetratum) Vasallus feudo privatur: Imo
nec qui fratrem domini sui interfecit, beneficium amittit. *c. un.
2. F.*

2. F 37. vid. Arum. disp. feud. 8. 8. 27. Finckelth. disp. f. 10. 8. 6. Arbitrium itaq; suum sollicitè accommodabit Judex: & pœnâ amissionis non ex quâvis causâ, quæ crimen aliquod aut ingratitude continet, aut opinionem Vasalli gravat, sed ex eâ saltem imponat, quæ insignem injuriam domini respicit: causis Jure feudorû expressis vel major vel similis, & materiæ feudali conveniens est. Cæterum qui culpam ejusmodi vel causam incurrit: audiendus primum & convincendus est; quam causæ cognitionem demum sententia vel condemnatoria vel declaratoria excipiat. Non enim Bocero & alijs accedimus, qui feudum ipso Jure amitti, nec opus esse sententia declaratoria contendunt. Utiq; nemo miles sine cognitâ culpâ beneficium suum amittat, si culpis ijs vel causis convictus non fuerit, sancit expresse Feudista in c. un. 1. F. 21. §. seq. §. fin. qua de causa, quinq; testibus summæ atq; integræ opinionis delictû probandum c. un. 2. F. 37. & Vasallum ob non petitam investituram damnandum esse, dicitur in c. un. 1. F. 22. in fin. pr. Quanquam enim in delicto undiquaq; notorio: alijsq; modis, de quibus videatur, Vult. d. c. 11. n. 60. ipso Jure feudum amittatur, & domino aperiatur, ad possessionem tamen auferendam, sententia accedat necesse est. d. c. un. 2. F. 22. §. fin. vel condemnatoria vel declaratoria, prout delictum imputatum Vasallo notorium est, eoq; ipso jure amittitur feudum vel minus. Vult. d. loc. n. 56. §. seqq. Schneidevv de feud. p. 8. c. 2. n. 26. Hunn, in Tract. feud. c. 14. pag. 391 Rosenthal. d. c. 10. Concl. 41. Finckelth disp. feud. 10. th 19. ubi Boceri dissentientis argumenta diluit. Dn. Carpz. p. 3. const. 27. de fin. 12. n. 9, 10. & in formula sententiæ diversæ sunt in utroq; casu sententiarum formulæ tum in casu, quo, ipso Jure feudum amissum est, daß die angezogene Lehngüter dem Kläger oder Lehns Herren heimgefallen vnd eröffnet; tum in altero casu, quo condemnatoria opus est: daß beklagter das in actis gemelte Lehnguth verwircket / desselben zu priviren, vnd zuentsehen sey: als wir Ihn hiermit privirē vnd entsehen &c. vide Rosenthal. c. 12. Concl. 13. Non negamus

tamen moribus Aularum vel Curiarum introduci posse, ut ubi notoriè constat feudum ipso Jure amissum esse, loco sententiæ declaratoriæ: saltem factum Domini: fortè de feudo aperto alium investientis sufficiat. cum, an verbis declaretur, an facto nihil intersit. Atq; ita feudo cadet Vasallus, eiq; possessio etiam auferetur, nisi remiserit culpam dominus & quidem vel expressè; vel tacitè: sicut in quavis actione injuriarum fieri potest: puta si post feloniam commissam sciens investituram dederit & renovaverit; si ad servitia requisiverit, aut oblata à Vasallo acceperit, aliisq; modis, ex quibus reconciliatio colligi possit. *Vult. d. c. 11. n. 6. & seqq. D-Carpz. d. loc. def. 13.*

Feudū ob delictū in Dominum amissum cui applicetur.

IX. Liqueat ex superioribus feudum amitti vel sine culpa Vasalli, vel ob culpam ejus; & quidem quatenus illa vel in Dominum vel in alium admittitur. Omnium horum effectus, quoad amissionem idem, quoad devolutionem diversus est. Nam sine culpa Vasalli amissum feudum *interdum ad Dominum* pertinet, puta, si defectu temporis & conditionis, aut præscriptione utilis dominij finiatur, *interdum ad Vasallum*; si proprietatem præscripserit: ut & morte Domini, naturali & civili, aut si idem Jussum Vasallo remiserit, aut feloniam commiserit; *interdum ad filios & agnatos*; si ingressu Religionis, aut morte naturali vel civili vel vitio corporis ex personâ Vasalli finitum fuerit, *interdum ad tertium* scilicet vel eum, qui evicit; vel cujus in manus refutatum: vel ad Ecclesiam cui oblatum est; Interitu rei totali amissum, ad nullum pertinet; cum esse desierit. de singulis supra actum. Ex felonia vero si amitti contigerit feudum, distinguitur, tum inter delictum, an in Dominum an in alium commissum tum inter feudum, an novum vel antiquum sit. Feudum enim novum ob culpam Vasalli amissum ad dominum pertinet indistinctè s. in ipsum sive in alium deliquerit Vasallus, & excluduntur ab eo descendentes Vasalli, nec non agnati. *c. un. 2. F. 24. c. un. 2. F. 37.* ijs scilicet in casibus, quibus aliâs in feudo novo successuri erant. *vid. c. un. 1. F. 20.* nisi dominus & filijs & agnatis feudum illud æquè principaliter dederit, aut alibi expressè cautum fuerit, ne ob delictum Vasalli feudo

do priventur. *Rosenthal. c. 11. Concl. 2. & 3. Vult. d. c. 11. n. 70. adde H. Pistor. p. 2. q. 16.* In feudo antiquo aurem distinguendum omnino est, an in dominum peccaverit Vasallus, an in alium, si in Dominum; ad eum devolvi feudum apertum exclusis filijs & agnatis rationis est, ut scil. hanc habeat injuriæ suæ ultionem. *d. c. un. 2. F. 24. §. fin. d. c. un. 2. F. 37. Gail de p. p. lib. 2. c. 13. n. 10.* nisi de mente concedentis aliter constet, noluisse eum, ut delictum unius noceat alteri. aut nisi feudum filijs quoque & agnatis æquè principaliter & nominatim, ut vivo quoque Vasallo partem quodammodo habeant in feudo, datum fuerit. plura vid. *apud Vult. d. c. 11. n. 71. §. fit tamen. Et Rosenthal d. Concl. 3. Gothofr. Ant. disp. f. 12. §. 1.* An vero feudum hoc ita ad Dominum devolvatur ut penes eum perpetuò maneat, an vero saltem usque ad vitam Vasalli ejusque descendendum, ita ut post mortem eorum demum ad agnatos deveniat intricatæ disquisitionis est; Nos missa priori opinione: quam tuentur *Rosenthal. d. c. 11. Concl. 5. & Berlichius cum pluribus alijs ab eo allegatis. p. 3. Concl. 37. n. 19.* posteriorem retinebimus, Cum *Hartm. Pistor. p. 2. q. 15. n. 32. Vult. d. c. 11. n. 71. vers. priorem. Zabel. Exerc. f. 8. §. 7. lit. c.* secundum hanc enim & domino fit satis pro injuriâ, nec agnatis Jus, quod & aliâs post mortem demum Vasalli habent: adimitur. adde in signe argumentum ex *l. Stadius 48. §. fin. ff. de J. fis.* Eandem distinctionem approbamus in casu, quo Vasallus illicitè alienavit feudum, aut ob non petitam investituram commissum fuit, ut scil. ad dominum pertineat, si novum sit, perpetuo regulariter; si antiquum tam diu quam diu Vasallus alienans in vivis est; quo mortuo ad agnatos devolvetur. *vid. instar omnium Nobilissimus Feudista H. Pistor. l. 2. q. 17. & 18. quem sequitur Vult. d. l. 77 & seqq. adde c. un. 2. F. 44. c. un. 2. F. 55. vers. callidis. c. un. 2. F. 78. & 2. F. 9. Finckelth. disp. feud. 10. th. 20. & seq. D. Carpz. d. const. 27. def. xi.* porro ad dominum dum pertinere dicimus feudum, intelligimus proximum & immediatum: non superiorem & mediatum, quanquam & huic interdum applicetur, si injuriam huic factam dominus immediatus vindicare noluerit. *c. un. 2.*

Ob delictū in aliā ad missū cri cedat feudū & fructus & melioratio- nes?

P. 55. circa finem. Berlich. d. concl. 37. n. 48. & seqq. Quod si plu- res sint immediati; an in singulos, an in unum deliquerit Vasallus, videndum est. Illo enim casu, ad singulos pro rata devolvitur feudum: hoc verò, pars feudi, ad eum perveni- et, in quem peccatum fuit. c. un. 2. F. 38. Rosentb. d. c. 11. Concl. 18. Goth. Anton. disp. f. 12. §. 2.

X. Restat, ut & alterum membrum de delicto in alium quā dominum commissio videamus. Breviter feudum antiquum: (nam de novo feudo, quod ad Dominum pertineat regulari- ter, jam antea dictum est) hoc casu: ad agnatos pertinet. *c. un. 2. F. 24. §. fin.* non ad dominum, quia præ agnatis Jus nullum ei competit, nec aliquam injuriæ suæ ultionem, quā prætendat, habet. nec ad filios, ijs n. pater delicto suo præjudicare potest. *c. un. 2. F. 31. c. un. 2. F. 26. §. si Vasallus culpā.* In quibus textibus, cū dicatur agnatos qui quarto gradu sunt, revocare feudum posse; i- terū; ad petitionē feudi admitti agnatos, qui quarto gradu sūt remoti ab eo, qui id acquisivit: existimarunt pleriq; eos qui intra quartū gradum sunt constituti, ad feudum hoc pervenire non posse: idq; ideo fortè, quia in agnatis propinquioribus, eadē suspicio & nota esse videatur: quam opinionē insulsam atq; ineptā dicit *H. Pistor. d. lib. 2. q. 15. n. 12.* Contrariū asserens, ad agnatos, etiā intra 4. gradum pertinere, feudum: cui facile assentimur: cum & generaliter ad agnatū proximiorē feudū pertinere dicatur, & quidē secundū ordinē gradus, qui continetur in legib; *in c. un. 2. F. 39.* Et agnatis intra quartū gradū æquè ac remotioribus J9 competat, nullibi ipsis aut ablatū in usibus feudorū, aut aufe- rēdū: In textu autē allegato gemino, dū mentio fit quarti gra- dus, nō existimandū est significari terminū à quo successio inci- pere: Sed terminum ad quē usq; illa extēdi debeat: qui de Jure antiquo erat gradus quartus. *c. un. 1. F. 5. §. 4. c. un. 1 F. 8. §. 1. Hunn. d. tr. c. 14. p. 139* non excluduntur ijs verbis agnati, qui intra gra- dū quartū, sed qui ultra eū constituti sunt. Ita post Alvarottū. *H. Pistor. d. q. 15. n. 17. Finckelth. disp. feud. 10. tb. 22. Arum. d. feud. 8. tb. 29.* Adeò a. ad agnatos pertinet feudū hoc modo apertū, ut etiā vivo Vasallo delinquēte, mox ad eos devolvatur: Secus ac olim

olim sensit Jacobus de Ardizo, Baldus & alij statuentes: feudū tale, vivo Vasallo delinquente ad dominū pertinere, eoq; mortuo demū adagnatos trāsire. *v. H. Pist. d. l. b. 2. q. 15. n. 3. & seqq.* Quorū tamen opinio recepta esse videtur in Imperio Romano per *Constit. pacis publ. de Anno. 1548 tit. die Poen der Friedbrächer* cuius vigore; feuda ob violatam pacē publicā cōmissa; quādiu vivit violator ad dominū, post mortē Vasalli delinquentis ad filios ejus, si scilicet cū offenso transegerint: & ad agnatos etiam, nullā habitā transactione transferūtur. Jure Sax. prior opinio approbata est: ut ratio habeatur agnatorū nō tantū, sed & filiorū, ijq; ob delictū patris in aliū cōmissū feudo non priventur. *Constit. El. Aug. 27. p. 3. ibiq; Moller & Carpzo. de f. 6 & 8. Confer. Ord. Torg. de anno 1583. tit. Agnaten vnd mitbelehnten §. dieweil aber dennoch.* Cæterum cui feudum ita applicatum cecidit, vel domino vel agnatis, eidem & fructus cedunt tanquā pars fundi. *l. 44. ff. d. R. V. modo percepti sint post feloniam commissam: si n. ante, Vasallo cedunt. vid. variè. Fachin. l. 7. controv. 94. Rosenth. c. 10. Concl. 42. Vult. d. c. 10. n. 112. Goth. Ant. disp. f. 12. §. 7.* Meliorationes quoq; sive emponemata, quæ natura vel casu accesserunt, una cū feudo ad dominum vel agnatos, quæ factō Vasalli, & quidē ita ut separatim per se subsistant, ad eundem pertinent, easq; vel per retentionem vel per cōditionem ex moribus vel per implorationē officii Judicis consequetur *Rosenth. d. c. 10. Concl. 43. Fachin. d. lib. 7. c. 89. Hunn. d. Tract. c. 14. pag. 395.*

Deniq; ob delictum Domini feudum amissum, quomodo Vasallo quoad directum dominium in vim allodii applicetur. *vid. Goth. Anton. d. disp. f. 12. §. 5.* nimirum mox & irrevocabiliter non tantum ad vitam delinquentis modo Dominus id quod antea allodium suum erat, concesserit in feudum; Nam si ab alio superiore recognoscat, ei, vel agnatis delinquentis, Jō dominans auferri nequit. Cōfer, quæ supra diximus *Asert. 13. in feud.*



Que-

Questiones Juris publici ad Aur. Bull. cap.

25, 26. & 27.

1. *An in successione preferendus sit Filius ante Electoratum, à Patre adeptum natus, an verò is qui post Electoratum natus?*

Tàm in legitimo Regno, quàm in hereditario jure Gentium moreq; vetusto receptum esse, ut ex pluribus filiis regis primogenitus in Regno succedat, ex sacris & historicis eleganter comprobatur. D. Besold. d. Reg. success. lib. 1. dissert. 4. num. 7. & seqq. Arnold. Engelbrecht. de success. in Elector. ex jur. primog. conclus. 15. De Electorum successione existit A. B. tit. 25. Non levis hic suboritur controversia: Si duos filios progenuerit Pater, unum ante Electoratum, alterum post Electoratum, uter horum in Successione preferri debeat? Hanc veterem & inter Historicos nobilitatâ quæstionem Zasius quidem, auctoritate Accursii & Baldi, ita decidit, ut putet, eum qui in statu regia dignitatis natus sit, alteri, qui ante regnum à patre acquisitum genitus, preferendum esse part. 8. de Feud. num. 66. Bald. in l. 23. §. hic illud. C. de nupt. Verùm pro altera sententia defendenda firmissimum positum est fundamentum in l. Senatoris. 5. ff. de Senatorib. ubi Ulpianus inquit: Senatoris filium non solum accipiendum esse eum, qui naturalis est, verùm adoptivum quoq; nec referre, in senatoria dignitate constitutus eum susceperit, an ante dignitatem senatoriam. Quod idem in l. 2. §. 2. ff. de Decurion. respondet. Et licet dignitas non numeretur inter bona, tamen successioni annexa est; sicuti patet ex d. l. Senat. ff. de Senat. Nec distinguendum est hoc loco inter Electoris filium & primogenitum Electoris, quasi ante dignitatem natus possit quidem vocari Electoris filius: prout distinguit Hotoman. ill. quæst. 2. & Jul. Pacius inter filium senatoris, & filium ex senatore. Quem ob id reprehendit Bocer. de Regal. cap. 2. num. 10. Nam quis est primogenitus, nisi primus filius? qui igitur filius Electoris jure dicitur, si sit in filiorum ordine primus, merito quoque primogenitus Electoris dicitur. Confert ad stabiliendam hanc sententiam textus in l. filii. 22. §. Senatores. 6. ff. ad Municipal. ubi extat: filios retinere dignitatem municipale, sive ante dignitatē sena-

da est, ut gl. ibidem habet; cum autoritas florentinarum Pandectarum, quibus permagna fides semper habita est, refragetur. Porro ex contraria quoque opinione absurda sequeretur iniquitas: quod scilicet, etsi Pater Rex vel Elector, prater filium ante adeptam dignitatem natum, alium filium post acceptam dignitatem non susciperet, primogenitus ille nihilominus excluderetur; quod tamē magnum absurdum esset. Atq; sententiam hanc tuentur Bodin. de Rep. lib. 6. cap. 5. Tyraqvell. de jure primogen. q. 31. D. Rumelin. ad A. B. dissert. 6. p. 1. th. 5. Besold. de Reg. succ. l. 1. dissert. 7. n. 1. & seqq. vide & Wurmser. Exercit. 2. th. 15. multosque autores ibi allegatos.

2. *Quae sit Administratio Electorum.*

Administratio Electorum in eo, quod Imperatori ad ostensionem altae suae magnificentiae in publicis Comitibus Imperii nomine deserviant, acquiescit. Poloni quoq; si quaquam alia gens, serviles Regi ceremonias exhibent, & in nullius nisi Regis personam majestatis crimen committi statuerunt. Thom. Dresner. de process. Polon. tit. de jud. Sic Germani magnificā verborum Oratione ad Imperatorem subinde utuntur: *Creatores ipsi, Proceres, Imperii Columnae se Imperatoris subjectissimo: Allerunterthänigste / Cesare clementissimum Dominum, Allergnädigsten Herrn / imò sacram Majestatem profitentur, ut inferioribus nihil sit relictum, quo subjectionem, habito conditionis gradu, exprimere queant. Non solum insignia, quando Imperator solennem celebrat Curiam, praeferunt, sed & dapes, vinum, aquam ad abluendas manus & nonnulla alia servitia exhibentes Imperatori apponunt. A. B. c. 26. & 27. Et de officiis his peragendis adeò sunt solliciti, ut per alios expeditis auctoritatem & decus Imperii minui sibi habeant persuasum. Ordines Protestantes capitibus, jura Regni complectentibus, anno 1532. annumerarunt: ut neq; Caesar neq; Romanus Rex in Italia, Gallia, caeterisve locis exteris Electorum Insignia praeferri, nec officia sinat exerceri, nisi per Electores, aut ipsorum Legatos. Artic. Svinfurt. art. das auch. vid. etiam Gravam. Imperii de anno 1552. Neq; aliter quam certis intervenientibus causis, Imperatoris Officiales aulicos hereditariis Imperii Officiatis substituendos, Electores in*

L. Re-

L. Regia repetitione concesserunt. Quia quod honorati, non honorati, tantò augustior fiat persona Imperatoris, quò plus ab Imperio per supremos Officiales ipsi honoris exhibeatur.


3. *Quanam hodiè sint Officia Electorum?*

Quod Imperator Electorum apertum & ad se devolutum alteri conferre queat & debeat, docet Prescriptum Carol. IV. Imp. A. B. cap. 7. § 2. Hinc licet dignitas Electoralis ab Imperatore Ferdinando II. gloriosiss. record. Friderico V. Electori Palatino & illius familiae adempta, in Bavarie Ducem Maximilianum & ejus familiam translata fuerit; postea tamen Imperator Ferdinandus III. glorios. mem. cum totius Imperii consensu, publicæ tranquillitatis causâ & vigore Conventionis instituit Electorum Octavum, quo Carolus Ludovicus Comes Palatinus Rheni, ejusq; hæredes & agnati totius lineæ Rudolphine, juxta ordinem succedendi in A. B. expressum fruuntur. Instr. Pac. Osnab. §. 4. Ex quibus patet, Officia Electoralia aliquantulum etiam mutanda fuisse. Electores itaq; ecclesiastici ex A. B. ordinatione Cancellariorum munere, Moguntinus sc. per Germaniam, Trevirensis per Galliam, Coloniensis per Italiam funguntur, & Officia sua obeunt, nimirum in processione Archicancellarius, in cujus Archicancellariatu curia peragitur, super baculo argenteo omnia sigilla & typaria Imperialia gestat, in mensæ Imperatorie consecratione Trevirensis precibus præt, cui reliqui duo respondent, quæ tamen consecratio primâ die ei Archiep. sc. po Electori competit, qui primò; altera qui deinceps; tertia a. qui ultimò consecratus est. Rex Bohemæ audit Archipincerna, & Cæsarem nullo interveniente immediatè sequitur; Bavarus Archidapifer d. Instr. Pac. Osnab. §. 4. & Pomum gestat; Præfert Saxo S. I. Archimarschallus Gladium, Brandenburgensis Sceptrum, & Comes Palatinus Octavus Elector, Archithesaurarius Imperii, uti vocatur in Recess. Imp. d. Ann. 1654, in subscriptione des *H. Römischen Reichs Erzh. Schatzmeister* Coronam. Cæterum hi Electores veteri more & ordine in A. B. prescripto sua officia exercent, nisi quod Elector octavus Comes Palatinus Rheni, Imperatorie Coronationis die, equo insidens aureos & argenteos nummos, quibus memoria Electionis est impressa, in vulgus projiciat, vid. Comitolog. Ratisbon. de Anno 1654 G. V. H.

05 A 1180

ULB Halle
003 765 075

3



56

VD 17





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

59
35.a.
D DALIS
NEM
e Feudi
olutione,
Publ. Trigâ,
um in Illustri hac
nis,
I R O
llentissimoque
SUEVO, J C T O
o, Curia Electoralis,
torii Ecclesiastici, ut & Ju-
Assessore gravissimo,
re suo perpetim
oni subjicit
HUS BALDUINUS,
rum.
omerid.
E
S HAKEN,
LVIII.

